Dissertatio botanica de Peloria ... / curiosorum oculis modeste subjicit Daniel Rudberg.

Contributors

Rudberg, Daniel, -1797. Linné, Carl von, 1707-1778. Uppsala universitet.

Publication/Creation

Upsaliae, [1744?]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/jnpjychn

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org QUAM CONSENSU AMPL. FACULT. MEDICÆ IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

DISSERTATIO BOTANICA

DE

PH

35

TAO

XIA,

PRÆSIDE, VIRO EXPERIENTISSIMO & CELEBERRIMO

DN. DOCT. CAROLO LINNÆO, MED. ET BOTAN, PROFESS. REG. ET ORD. ACAD. IMPER. REGG. MONSPEL. STOCKH. ET UPSAL. SOCIO, HUJUSQUE SECRETARIO

CURIOSORUM OCULIS MODESTE SUBJICIT

DANIEL RUDBERG,' VERMELANDUS,

In AUDIT. CAROL. MAJ. AD DIEM XIX DECEMB-ANNI MDCCXLIV.

HORIS ANTE MERIDIEM SOLITIS.

UPSALIÆ.

Violas feratis Rubi THEOCR. 21.

1

erias

子族

.83

VERMELAJ

ANNI MDGEX

UPSALIE.

AUDIT. CAROL, MALAD

HORIS ANTE'S

IA ANOIN MI

133

MA

FI

ICI

VIRO Nobilistimo atque Experientistimo,

D_N PETRO

LEETSTROM, Medicinæ DOCTORI, Regii Colleg. Med. AS-SESSORI, Sacræ Reg. Majestatis Med. Aulico. Academiæ Imperialis Nat. Cur. SOCIO, studiorum meorum Medicorum MODERATORI optimo, PATRO-NO singulari veneratione semper colendo.

Vir Externatione, Mallan fatere pe

IUT. 21/11/1014 iminildol1.

Anall butterensel Country Proces

Ua, Patrone Optime, in me, beneficia perpendenti mihi confitendum fane est, quod tanta sint, ut majora vix concipi queant. Tibi quippe Patrone Optime, me iniquiori pressum fortuna filii instar suscipere, mihique educando, bonarumque artium studiis instituendo diuturnam benignissimamque curam impendere placuit. Eximia vero bac summi erga me favoris tui documenta, sicut devota mente semper colo S recordor, ita mirissice jam lator, optatam bane, publice ea celebrandi S taciturnam bactenus venerationem erga te meam declarandi, occasionem jam oblatam mihi susse. Facit autem singularis illa erga me benevolentia

lentia Tua, quam per longam præteritorum annorum seriem uberrimis expertus sum documentis, ut nunc quoque serto persuasus sim, fore, ut serena bilarique fronte acripias consecratas Tibi exiles hasce ingenii mei primitias, longe illas quidem meritis Tuis minores, & Johvendo ari apud Te meo impares, offerentis tamen pietate, qui perpetuum hoc venerationis erga Te sue testimonium exfare voluit, commendandas. Quod superest a summo emnium rerum arbitro ardentissinis efflagitabo suspiriis ut Te, Patrone Optime, in rei medica ornamentum, Nobilissime Familie Tue florem ac decus, clientumque denique Tuorum Patrocinium & solatium desideratissimum diutissime superstitem præster & incolumem ! Vale Vir Experientissime, Mihique favere perge, qui, quoad vixero, permansurus sum

Nobilifimi NOMINIS TUI

anippe Parrouse Optimio, me inquiors proflum foreuna

alli inflas suferpare, militare clucando, benarmane ar-

finders differentie denter war koniger fin ender su-

a companders planute. The same war back fammer rega

e favoris sui docenzaise, prat acoste mente famper co.

Es recordor, ica mirifice ham beror, optaram banc,

and the contract

publice ea celebrandi & tacituruzm budlensi, veueratio-

Va, Patrone Opeime, in me, beneficia per

pendents with conficentian fave els qualitan.

ta fast, ut majora vix conclus que ant. Tibi

nt family addated

linning.

Cultor devotistimus DANIEL RUDBERG Ad exercitum Regis Sveciæ CAPITANEO ftrenuiffimo.

Generoso atque Nobilistino DOMINO,

D:no CLAUDIO

I I UGGLA, on

Generoso ac Nobilistimo DOMINO, Dn. LEONHARDO G. VON KOTHEN, Auditori militari maxime æquissimo.

Generolo atque Nobilistimo DOMINO, D:10 CAROLO CHRIST. ROOLO Sacræ Regiæ Majestatis SATELLITI.

PATRONIS ac FAUTORIBUS Optimis.

B favorem atque gratiam prorsus singularem, bunc juvenilis ingenii fatum qualemcunque, Testimonium submiss gratissimi. que animi, cum spe amplioris favoris, cumque assiduis, pro perenne Vestra incolumitate suspiriis, oftert, consecrat

Generoforum atque Nobilifimorum Nominum VESTRORUM

Belle.

Cultor observantissimus DANIEL RUDBERG.

and those and

Admodum Reverendo atque Doctifuno, D:no JOHANNI THINGELHOLM,

Verbi Divini MINISTRO in Milswik Laudatisfimo, AVO Carisfimo, maxima animi obfervantia ad cineres usque profequendo, devenerando.

Generola criques Manufilias Damino

e Recht Majelfatis SATELL

FATRONIS ac. FAUTORIBUS Optimis.

Irritum profecto laborem fusciperem, fi Tua, Ave Cariflime, inde ab ipsis incunabilis collata in me beneficia enumerare conarer, utpote qui me, anno ætatis secundo Matre orbatum, ad decimum usque aluisti atque insecuto etiam tempore fortunam meam, quantum facultates Tuæ permiserunt, summo semper studio & affectu adjuvasti; gratias hisce meritis Tuis dignas referre mearum non est virium: in signum tamen gratissimi

simi erga Te animi mei exercitium hocce Academicum, rudi licet minerva conscriptum, Tibi dicatum volui. De cetero nunquam desistam ad Deum Optimum, Maximum, assiduas fundere preces, dignetur venerabilem fenectutem, eos vivendi terminos, quos mortalium paucisimi attingunt, transgressam & centenario amplius annorum numero fatiscentem, ad Tuorum gaudium exoptatis. fimum, divino robore suo ut huc usque, ita post hac etiam firmare, & exacto desituræ vitæ hujus stadio, æterna Tibi, quæ propinqua spe jam præcipis, gaudia largiri; sic voveo Attaria publici

Cariflimi AVI

DOMIMOR

DANIELI RUDERBERG,

Ecclefic Milewikenis ADJUNCTO Villantifino

propinquo amicifiino, fautori certifinao.

Drochtes bis perpeties felicitates voio sub-

- 6115 g

Plurimum Reverend, Spessatiff, ac DoStiff, Nominum VESTRORUM

obsequentissimus ex filia nepos .DANGERG.

Plurimum Reverendo atque Doctisino VIRO,

DOMINO ANDREÆ THINGELHOLM Animarum quæ DEO in Milswik colliguntur PA-STORI meritifimo, vigilantifimo, Avuncule quovis femper honoris cultu profequendo, fufpiciendo.

Integerrima fidei ac spectata Dignationis VIRO,

DOMINO DANIELI THINGELHOLM Ærarii publici RATIONARIO dexterrimo, Avunculo propenfiffimo femperque colendo.

Reverendo ac Doctifimo VIRO,

DOMINO DANIELI RUDERBERG, Ecclefiæ Milswikenfis ADJUNCTO vigilantifimo,

propinquo amicissimo, fautori certissimo.

Pagellas has perpetnæ felicitatis voto submisse consecrat

Plurimum Reverend. Spectatiff. ac Doctifi. Nominum VESTRORUM

Cultor humillimus DANIEL RUDBERG.



PRÆFATIO.

N patria nostra detecta nuper fuit herba guadam, indole tam mirabile, ut dubitare fas sit, an huic simile exemplum natura unquam protulerit. Rem igitur, orbi erudito, atque iis prasertim, qui vegetabilis regni delicus capiuntur, non utilem minus, quam jucundam, facturos nos judicavimus, si que de illa jam explorita habemus, quamvis ob inventi novitatem multa addi possunt, sine mora publica luci committeremus, eoque ipso tum perpetuam admirandi hujus, nec cuiquam Botanicorum adhuc observati, phænomeni memoriam conser. varemus, tum efficeremus etjam, ut collatis Jiudiis plaribusque posthac instituendis observationibus, harum rerum periti rarissima hujus planta naturam accurate indagare atque adeo uberiorem ejus cognitionem acquirere conareu-

tur.

tur. Neque vero dubitandum est, si prodigium ejusmodi, doclorum curis dignis simum, tantaque, quanta nunquam antes via fuit, herba metamorphosis alibi terrarum spectatori curioso & intelligenti oblata fuisset, quin mirabilem adeo natura velut errantis, atque a consuetis alioqui legibus suis heir quodammodo disce. dentis, lusum orbis eruditi fama atque Ephemerides literaria & relationes curiosa omnes, non fine inventi ostentatione, certatim mox vulgaffent, idque tanto majore cum fructu, quanto certior spes est, ex accuratius confiderata e. jus indole, ignotas antea maximi momenti veritates, vegetationi potissimum explicanda, atque adeo Ibeoria Botanices amplificanda inservientes, elucescere aliquando posce. Proinde, nostri etiam officie duximus, observationes quasdam cogitationesque hac de re nostras, ad finem tantopere optandum nonnihil collaturas, brevi hac dissertatione publicas facere. Herbam vero, que materiam ipsi datura est, PELO. RIAM nominamus, ab historia ejus laboris nostre auspicium facture

the subscription of a source of the second second second the second seco

-METER

DE

and the set of the second second

DESCRIPTIO.



ELORIA est plantæ species, cujus RADIX filiformis, repens, alba, perennis, pennæ columbinæ crafsitie.

CAULIS fimplex, erectus, pedalis, rarius Ramo uno alterove instructus, teres, viridis, annuus, craffitie pennæ columbinæ.

FOLIA numerofa, sparsa, linearia, acuta, plana, lævia, viridia, magnitudine foliorum abietis nostratis, uncialia, erecto-patula, subsessibilia; ex horum alis superioribus Ramulorum rudimenta foliolis plurimis.

- SPICA terminatrix, floribus novem vel duodecim, ad fummum octodecim, fubfeffilibus, erectiufculis.
- CALYX perianthium est in quinque partes ad basin divisum, breve, æquale, viride, glabrum, persistens.
 COROLLA constans Tubo infundibuli formi, longo, cylindrico, inferne magis attenuato, in medio vero parum ventricoso, recto, flavo, versus basin pallidiore, interne vero vestito villo fulvo, & apice terminato Limbo patente, quinquisido, obtuso, æquali, magis saturate flavo quam tubus, ipso tube longe breviore, insure ipsi tubo in orbem adnata sunt quinque petala seu Nectaria æqualia, fubulata, patentia, settina, intus cava, itidem flava, longitudine fere tubi.
- STAMINA filamentis quinque, ex ipfo receptaculo fructificationis enatis (nec ut in plerisque monopetalis floribus petalo adnatis), viridibus, tube dimidie

bre-

(C)) 0 (C)

brevioribus, æqualibus, Antheris flavis, ovatis, incumbentibus.

PISTILLUM germine viridi, fupra receptaculum fructificationis collocato; Stylo longitudine staminum, filiformi, fubviridi; Stigmate crassifufculo.

PERICARPIUM Capfula ovata, bilocularis, calyce paulo major, bifariam dehifcens.

SEMINA numerofa, angulata.

CHARACTER.

CHARACTER genericus ex ipfa defcriptione facile colligitur.

CALYX Perianthium monophyllum, quinquepartitum, æquale, breviffimum, perfiftens.

COROLLA monopetala, infundibuliformis, ad bafin nectariis quinque instructa.

Tubus fubcylindraceus, parum ventricofus, longus, rectus.

Limbus patens, quinquepartitus, obtufus, æqualis.'

Nectaria quinque, fubulata, colorata, corniculata, plana, patentia, in orbem tubo fupra bafin adnata.

STAMINA Filamenta quinque, capillaria, æqualia, tubo corollæ dimidio breviora, receptaculo inferta.

Antheræ subrotundæ, incumbentes.

PISTILLUM Germen ovatum.

Stylus filiformis, longitudine staminum.

Stigma crassiusculum, obtusum.

PERICARPIUM Capfula ovata, bilocularis, bivalvis, receptaculis convexis, diffepimento adnatis. SEMINA plurima, angulata.

niver

OBS. Ex dato charactere generico patet, ad nullum, hactenus cognitum, genus referri Peloriam nostrana posse. In primis quum Nectaria, instar quinque corni-

((()))) (())

corniculorum æqualium tubo innata, adeo propria ipfi fint, ut ex hac unica nota evidenter perfpiciatur, diftinctum ab aliis omnibus, quæ adhuc innotuere, generibus, characterem ejus genericum effe.

5

aport min mon stop LOCUS.

Locus, ubi herba hæc provenit, eo magis eft notandus, quum unicus fit, ubi illa obfervata unquam fuerit, & unde in hortos transferri poffit, quumque natalis hujus foli neglectus & ignoratio facile eam curioforum oculis fubtrahere queat. Locus autem hic infula quædam maritima eft, feptem circiter milliaria Upfalia diftans, NORRA GASSKIÆRET appellata, in regno Svecie, Provincia Roflagia, Parœcia Riala & Sacello Nordliustero, fita. Heic non infrequens crefcit, nec unicum, fed plura ejus individua nafcuntur, iis præfertim terræ partibus, in quas mare quondam arenam & glaream ejecit, ubi præcipuus herbæ hujus confpicitur proventus.

HISTORIA.

Anno 1742. Studiofus quidam, nomine M.ZIOBERG, Roflagus, annis aliquot ad Upfalienfem Academiam tum in aliis fcientiis, tum etiam in Botanica, bene collocatis, ad natale folum profectus, quæque rariores ibi inveniri poffent, herbas quæfiturus, hanc primam detexit, eamque, ut antea fibi non vifam, herbario fuo inferuit, qualis tamen ejus effet natura ac indoles, quantoque in pretio inventio ejus habenda effet, ipfe ignarus.

Eodem anno, ftudiofi hujus D. Zióbergii collectionem herbarum vifurus, ad eum acceflit, Sacro Santtæ Theologiæ Doctor ac Professor Primarius, Dominus OLAUS CELSIUS, qui ut in scientia Botanica egregie versatus est, atque colligendis herbis, in Uplandia crescentibus, majorem alio ullo operam impendit, ita heic infolitiquid statim animadvertit, etjamsi facies prima ma ed fimilitudinem notæ cujusdam accedere videbatur, exiftimans proinde, hanc minimum speciei cujusdam cognitæ varietatem esse. Quominus autem in ea exploranda cognoscendaque longius progrederetur; tum prohibuit herbæ conditio, utpote quæ non nisi ficca & chartæ adglutinata conspiciebatur.

Non multo post accidit, ut D:nus Doctor Celfius herbam hanc Celeb. D:no PRÆSIDI oftenderet, qui primo adspectu agnoscere eam visus est, deinde vero ob flores plane mirabiles fubdubitavit, adsirmans demum Linariam este, eique fimul ad facescendum Botanicis negotium, alienos flores data opera adglutinatos fuisse, supportentiones data opera adglutinatos fuisse, fuspicatus. Corollam itaque acu aperiens, ftructuram observavit Botanicis antea non visam, eamque ob causam incredibili herbam hanc vivam videndi desiderio inflammatus est. Eandem vero, quod infolita plane floris structura occurreret, non Europæ indigenam, sed potius a Capite bonæ spei vel Japonia, Peruvia, aliave remotissen orbis plaga advenam, credidisset, nifi ex Roslagia a dicto studioso allatam fuisse, D.D. Celsius fidem ipsi fecisset.

Sine mora dein D. Præses Ziobergium adiit, quem cum intellexisset, locum, unde desumta herba fuisset, memoria adhuc tenere, magnopere ipsi auctor fuit, ut eo statim profectus, eandem cum caule & radice decerptam ad se adserret, quo facto, in horto Academico Upsaliensi plantata est, ubi tamen ob radicis brevitatem contabuit.

Anno 1743. occasio eam perfectam accipiendi data fuisset, nisi boves sugientium Alandorum, in hac insula pasti, huic pariter & aliis ibi crescentibus plantis labem intulissent.

Anno 1744. seu æstate proxime præterlapsa, idem ab aliorum pecoribus acceleratum suit incommodum.

LINA-

(((()))) ((()))

LINARIA.

LINARIA est planta Botanicis maxime vulgaris ad genus ANTIRRHINI relata, cujus fynonyma funt ANTIRRHINUM foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminatricibus seffili. bus, floribus imbricatis. Roy leid. 297. Antirrhinum foliis linearibus sparfis: Linn. Cliff. 324. Antirchinum foliis linearibus afcendentibus congestis, ramis spica florali densa terminatis. Hall. helv. 614. Linaria vulgaris lutea, flore majore. Baub. pin. 212. bafil. 62. Morif. bift. 2. p. 499. f. 5. t. 12. f. 10. Tournef. inft. 170. paris. 23. Vaill. parif. 117. Zannich. vener. t. 174. Boerh lugdb. 1 p. 231. Linearia lutea vulgaris Bauh. hift. 3. p. 456. Raj. bist. 752: Syn. 3: p. 281. Blackw. herb. t. 115. Ger: emac. 550. Linaria vulgaris Befl. eyft. eft. ord. 1. t. 14. f. 3. Linaria vulgaris nostras Park. theatr. 458. Rob. ic. 2. E. 128. Linaria prima Dod. purg. 182. pempt. 183. Linaria vulgo dicta Ge/n. hort. 265. Linaria Gefn. coll. 86: Cafalp. Syst. 350. Riv. mon. 82: Chabr: Schiagr. 480: Ofyris linaria Irag. hift. 357. Dalech. hift. 1332. Lob. obf. 222: Ofyris linaria f urinaria Lob. ic. 406. Ofyris major. Tabern. ic. 126. Ofyris. Fuchs hift. 545. Matth. diofc. 1209. Camer. epir. 930. Ruell. flirp. 640. Till. ic. 70.-Herba urinalis. Dorst. berb. 148. Skeiskraut Brunsf. hift. 2. p. 43: Plantam hanc, ut Botanicis notifiimam, describere fu-

pervacaneum ducimus, cum omnes fere auctores antea: cam

((()) (())

eaml descripterint delinearintque, cumque per Europam frequentissima crescat, quin immo a rusticis Sveciæ sub nomine FEUGEBEOMSEEN internoscatur.

Incarrings contrast

ORIGO.

Ortam a Linaria productamque Peloriam statuendo, rem miram & incredibilem primum adfirmare haud immerito videbimur. Neque enim majori miraculo Pyrus narciss, Carduus ficus, Spina uvas producerent. Rem tamen ita se habere, Peloriam nempe a Linaria generatam esse, tot tantæque persvadent rationes, ut nemo, plantam utramque adspiciens, comparatione earum instituta, id negare possit. Etenim

1:0 CRESCIT Peloria inter Linarias. Ubi Peloria inventa est, ibi Linaria ubique inter glaream abundat, Peloria vero minori numero occurrit.

- 2:0 Peloria quoad faciem externam, tantam habet cum Linaria SIMILITUDINEM, ut nemo eas flore non dum pullulato diftinguere poffit, quanta demum cunque attentione Numerum, Figuram, Situm, Proportionem, omniaque attributa plantæ, tam qua radicem, quam qua truncum, ramos ac folia, confideraverit.
- 3:0 Accedit fingularis ille ODOR, qui in Linaria communiter obfervatur, eamq; a ceteris plantis facile diftinguit. Eundem vero Peloriæ communem effe, uti & faporem, quilibet expertus affirmabit, unde etiam in Medicina una eademque vi pollent.
- 4:0 COLOR florum unus idemque eft. Peloriæ enim flos æque ac Linariæ verfus bafin albidus, verfus fummitatem autem flavus confpicitur. Accedit hirfutum fulvumque palatum, quod in *Linaria* craffæ cuidam linguæ haud diffimile, inter duo corollæ ejus Labia interjectum eft, in *Peloria* vero defcendit infra collum

lum corollæ fupra stamina, ubi totum interius latus corollæ tegit, quæ fulva hirfuties vix in ulla alia planta invenitur, hisce autem duabus propria.

09

5:0 Calyx, Pericarpium & Semina plane congruunt. Quum igitur loco, radice, caule, foliis, calyce, pericarpio, feminibus, colore, fapore, cum Linaria conveniat Peloria, nemo inficias iverit, quin ab illa hæc originem traxerit.

VARJETAS.

Inter plurimas quæ in regno tam vegetabili, quam animali confpiciuntur varietates, nullum tamen Peloriæ fimile vilum unquam fuit exemplum.

FLORES MULTIPLICATI & PLENI, in regno vegetabili tam communes funt ut nihil notius; in his petala multiplicantur, & extrudunt stamina immo ipsa sæpe pistilla; nulla vero producunt semina nisi pistillum remanserit & a floribus quibusdam simplicibus fœcundatum fuerit. PLENITUDO peragitur vel folo NUMERO petalorum aucto, ut in Hepatica, Anemone, Diantho, vel MAGNITUDINE corollæ aucta, ut in quibusdam monopetalis; vel RADIO multiplicato EXCLUDENTE DISCUM, ut in Heliantho & Tagete; vel DISCO EX-CLUDENTE RADIUM, corollis magnitudine auctis, ut in Tagete, Matricaria, Bellide, vel numero petalorum aucto, EXCLUSIS NECTARIIS, ut in Aquilegia stellata; vel NECTARIIS NUMERO AUCTIS, ut itidem in Aquilegia; vel NECTARIIS, MAGNITU-DINE tantum auctis, ut in Helleboro aconiti folio, flore globoso croceo. Amanni ruthen 76. vel CALYCE COLORATO & aucto, ut in Primula; vel INVOLU-CRO MULTIPLICATO, ut in Corno berbacea; vel petalis quinis in unum COALESCENTIBUS, ut in Saponaria concava anglica C. B. PROLI-

PROLIFERI flores evadunt tales vel e CENTRO FLORIS orto pedunculo, uti Geo, Rofa, Ranunculo; vel e LATERIBUS PROLIFERI, ubi pedunculi flofculos fuftinentes e calyce exfurgunt, ut in Calendula, Bellde, &c.

In aliis videre licet plures concrescere caules, ut planta fiat FASCIATA, ut in Asparago, Ranunculo, Resperide.

In aliis FOLIA variant vel SUPERFICIE aucta, ut in plantis CRISPIS dictis e. g. Lactuca, Cichoreo, Nafturtio, Braffica; vel NUMERO foliorum aucto, ut in Lyfimachia, Salicaria, Anagallide &c. foliis quaternis, quinis.

COLOR tam fæpe variat, ut nil frequentius idem, & in FOLIIS obfervatur, vel MACULA FOLIORUM ALBA, ut in Cyclamine, Amarantho, Acetofa, Ranunsulo, Trifolio, Empetro; vel MACULA FOLFORUM NIGRA, ut in Perficaria, Aro, Ranunculo, Hieracio, Orchidibus, Cypripedio, Satyrio; vel MACULA FO-LIORUM RUBRA, ut in Amarantho, Ranunculo, Urtica, Menyanthe; vel PUNCTIS FOLFORUM NI-GRIS, ut in Plantagine, Anagallide; vel LINEIS LON-GITUDINALIBUS variegatis, ut in Arundine, Gramine. Ab his autem aliisque omnibus, quæ adhuc innotuere varietatibus, diverfa plane Peloriæ indoles deprehenditur.

DIVERSITAS.

PELORIA ac LINARIA juxta fe invicem positis, sacillime differentia earum cognoscitur.

1:0 LINARIÆ corolla ad bafin habet nectarium corniculatum, fubulatum, acutum, perpendiculariter deorsum flexum, teres, ad alterum latus calycis positum.

PELORIÆ autem, hoc loco, quinque funt nectaria subulata, eaque plana, æqualia, in orbem posita,

forma

(((())))) ((())

Y I

forma petalorum, ut nisi transverse abscindantur, facile quis ad credendum induci possit, hæc plana potius petala, quam nectaria concava esse.

2:0 LINARIÆ corolla floris germine a latere perforatur, ut, corolla delapía, foramen in medio lateris ejus videri queat.

PELORIÆ vero corolla *inferitur* basi seu infimæ parti, ubi corolla in tubum evadit, antequam sua quinque exserat nectaria.

3:0 LINARIÆ corolla extenditur in collum fubrotundum, superne utrinque compressum, subtus vero planiusculum & subconcavum.

PELORIÆ collum corollæ fubcylindraceum eft & parum ventricofum, undique æquales, nec ullibi compreffum.

4:0 LINARIÆ Limbus corollæ efformatur in eandem speciem qua draconis caput vulgo concipitur, unde flos Tournefortio personatus audit; Instruitur nempe labiis duobus, quorum sperius bifidum, lateribus reflekum; inferius vero trifidum, obtusum. Palatum convexum claudens rictum inter labia prominens, e labio inferiori productum gutture subtus concavo. Vid. Gener. plantar. 514. 589.

PELORIA limbum habet quinquifidum, planum, obtufum, æqualem, fine minimo labii aut irregularitatis figno; ita ut heic flos fumme irregularis partu prodigiofo in regularem transmutatus fit, quæ proprietas fane eft inaudita.

5:0 LINARIA quatvor habet in flore *flamina*, fuperiori corollæ lateri fubjecta, eique adhærentia, & in codem plano, quo ftylus, fita.

PELORIÆ *flamina* pistillum circumdant, nulloque modo corollæ affixa, licet Pontedera aliique plures Botanici effentiam corollæ monopetalæ in filamentis staminum, corollæ adnatis, collocent. 6:e LI- 6:0 LINARIÆ quatvor stamina funt, quorum ex-

trema duo longiora, duo autem intermedia breviora, cum antheris ad fe invicem inclinatis.

PELORIÆ *stamina* femper funt quinque, æqualis longitudinis, cum antheris ac filamentis a fe invicem disjunctis.

7:0 LINARIÆ *stamina* eadem gaudent longitudine qua ipfa corolla, ita ut antheris fuis ipfum corollæ limbum aut faucem attingant.

PELORIÆ *stamina* ne dimidiam quidem tubi longitudinem æquant, pari tamen antherarum vigore fuam reddunt farinam genitalem, ita ut monftrofitate hac fæcundatio fructus minime impediatur.

CLASSES.

Postulat magna illa, quam descripfimus, floris metamorphosis, ut non solum ad genus a Linaria vel Antirrhino distinctum, sed classem quoque diversam PELO-RIA revocetur.

LINARIA.

12

RAIJ vafculifera monopetala; Flore rictum exprimente RIVINI irregularis monopetala; pericarpio bicapfulari. TOURNEFORTII monopetala anomala; Flore perfonato.

MAGNOLII calyce externo externoque monopet. Flore irregulari. LINNÆI Didynamia;

Angiosperma.

PELORIA.

RAIJ vasculifera monopetala';

Flore regulari integro.

RIVINI Regularis monopetala;

pericarpio bicapfulari.

TOURNEFORTII infundibuliformis;

pistillo infructum abeunte

MAGNOLII calyce externo internoq; monopetalo Fructu ficco.

LINNÆI Pentandria. Monogynia.

ROYE-

E)) ((E ?

ROYENI Ringens. Angiofperma. HALLERI ftamin. 4 irreg. Fructu bilocul. LUDVIGII monopetala irregularis Tetranthera.

+_101100

ROYENI Oliganthera, Staminibus quinque. HALLERI Ifoftemonis Fructu infra florem. LUDVIGII monopetala regularis. Pentanthera.

GENUS.

Peloria hæc, quantum ex factis adhuc observationibus colligere licet, proprio femine fe multiplicare videtur, nec in Linariam, ex qua orta est, redire, quum in folo natali, multis in locis sponte fua creverit, & perfecta florum ejus, quotquot huc usque visi sunt, observata fuerit fimilitudo, qui nullo modo fufpicionem præbuerunt fore, ut ad Linariæ flores redituri fint, fed figuram femel acceptam æque constanter ac accurate retinuerunt ac alius quisquam naturalis flos. Tempus quidem & instituenda post hac experimenta, ipfam rei veritatem certius docebunt; unde, fi indubitato confliterit, quod veri jam est simillimum, eam semper proprio semine propagari, futurum eft, ut tandem vulgatifima evadat atq; ut structura ejus nullo modo fub uno eodemque cum Linaria charactere comprehendi poffit, proprium fuum nancifci debeat characterem, & ita novum genus constituere; etiamfi statura, odore, sapore & natura sua, floribus exceptis, cum linaria plane confentiat: Idque, nifi in uno genere duos diversos assignare velimus characteres, quod regulæ adverfatur in Botanica fundamentali, quæ universim decernit, herbas in fructificatione differentes in genere quoque differre debere. Vid. fundam. Botanis. N:0 166. 171. 181.



13

NOMEN.

14

Quum unicuique plantarum generi distinctum a ceteris nomen tribui debeat, ne destitutam pistillo campanam referat, hanc nos herbam PELORIAM nuncupavimus, nomine, ut putamus, haud incongruo, utpote cujus origo a græcorum $\pi i\lambda\omega_e$ arcessenda est, quod derivatur a $\pi i\lambda\omega$, verto, & monstrum fignificat, quippe in quo versus videtur communis naturæ ordo. Unde Apollonio Rhodio partus monstrosus dicitur $\pi i\lambda\omega_e$ tixos. Ni, hil autem monstross essente regulares produxit, nempe ut plantæ, quæ flores antea regulares produxit, degener proles regulares proferat, neque solum a genere matris, sed classe in tota plane abeat, adeoque exemplo, quod in Botanica fine pari est, essent, ut nemo eam ob florum diversitatem agnoscere amplius queat.

Hoc certe non minus prodigium est, quam si vitulum, capite lupino præditum, vacca pareret. Recte Plutarchus 2: 472. a vite inquit Ficus, aut olea non requirimus: & ex calamo Ficus non provenit. Anth. 50.

CONCLUSIO.

Ea fuit recentis feculi nostri felicitas, ut phœnomena nonnulla priori ævo non incognita folum, fed & incredibilia, detexerit. Quod APHIDUM proneptes ab aviæ conceptione generarint, res est, in qua nature leges, mutatæ videntur. Id tamen institutæ a *Reaumurio*, observationes confirmant, quamvis adhuc plures requirantur, priusquam res tam paradoxa extra omnem dubitationis aleam posita censeri queat.

Trembleyi POLYPO in minutisfimas partes diffecto, ex unaquaque earum polypus æque perfectus enafcitur, ac ante divisionem ipse fuerat. Id quod receptis antea principiis omnibus mechanico-physiologicis repugnat.

COROL-

CORALLIA quid loquamur? quæ Lapides primums in Herbas deinde transierunt, Zoophytorum denique integumenta & Animalis regni proventus facta funt, observante Clarissimo Domino B. Jussie. Tria hæc maximi sane momenti inventa sunt, omnemque præterlapsorum seculorum fidem superantia.

Perfvadere nobis veteres voluerunt, Secale in Hordeum, Hordeum in Avenam, hanc demum in Bromum transmutari *), quam tamen fententiam, ut fructificationis naturæ contrariam, recentiores exploferunt, omnia, quæ generantur, parentibus fimilia fieri, nec imbellem feroces aquilas columbam progignere poffe exiftimantes. Nos antiquorum de Secale, Hordeo & Avena opinionem in medio relinquimus, id tantum affirmantes, mutationibus illis multo adhuc majorem effe metamorphofin, quam mutata in Peloriam Linaria fubierit.

Quænam mutatæ in Peloriam Linariæ caufa fit, nos adhue fugit. Tale quid dum in regno animali contingit, præternaturali duarum fpecierum veneri tribuendum eft, unde intermedium quoddam, ex utraque mixtum, nafcitur, cujus exempla in Mulis paucisque aliis animalibus confpiciuntur. *Hybrida* vero hæcce non propagantur, natura prohibente, ne plures, quam initio rerum fuere quadrupedum fpecies exiftant. In regno

*) Spicam Frumenti hinc Secalinam, inde Hordeaceam describit WORMIUS in museo 150.

Spicam Tritici, circa cujus mediam partem aliquot grana Avenacea, undique perfecta, enata fuere commemorat GERARDUS in historia pl. 65.

Ex bisce plantarum Transmutationem, sed tantum inter species cogratas & congeneres, dari concludit RAJUS in Cat, ext. 8. gno vegetabili plantarum, quoad odorem, faporem, coloremque varietates haud raro deprehenduntur. Docuit ea, experientia in *Tulipis*, quarum flores fœcundati fuere a floribus alius coloris, & femina ex his generata flores produxerunt versicolores. *Brassica* pariter eaque albissima, femina sæpe generat Brassicæ cæruleæ vulgatissimæ, quod accidit, si hæc in vicinia illius ea florescente creverit.

Diversas autem in regno vegetabili species mixtas fuisse, res est, cujus pauca, vel nulla potius, vestigia antecedentium temporum experientia invenit. Neque tamen percipere poflumus, aliter, quam fœcundatione ejusmodi, provenisse Peloriam. Hanc quippe mutationem fi loca, clima, aut nutrimenta effeciffent, in eodem caule flores confpiceremus alios magis, alios minus cum linariæ structura convenientes ; quod secus accidit. Florum quippe in omnibus Peloriæ individuis tam exacta fimilitudo inventa fuit, ut major florum Linariæ ipfius non apparuerit. A quo autem fiore alio imprægnata Linaria Peloriam produxerit, latere nos fatemur, qua de re, is demum pronunciaverit, qui plantas eodem loco & tempore, quo Linaria, florentes, contemplatus fuerit. Notandum vero præterea quod in Linaria floris faux fere claufa fit, ita ut alius floris farinam ad pistillum fœcundandum difficillime admitteret, nisi corollæ labia ab infectis antea lacerata & exefa effent.

In actis Parifinis Anno 1719 Dominus Marchant plantam exhibuit, menie Julio Anni 1715. in horto fuo natam, fibi pariter ac ceteris Botanicis ignotam, quæ ad finem usque Decembris integra mansit, quamque cum ad genus MERCURIALIS commode referre posset, Mercurialem foliis capillaceis appellavit. Anno in sequente, mense Aprili, eodem in loco sex aliæ enatæ sunt plantæ,

E42) 0 ((E43)

plantæ, quarum quatuor priori fimiles vifæ, reliquæautem duæ admodum diverfæ, ita ut novam ex iis fpeciem conftitueret; eamque Mercurialem foliis in varias & inæquales lacinias quafi dilaceratis nuncuparet. D:us Marchant multum difputat de modo, quo hæ productæ fint. Ipfam vero plantam adglutinatam videns D:nus Præfes, intellexit, eam cum Mercuriali caule brachiato, foliis glabris. Hort. Cliff. 461, flore, odore, caule &c. eandem effe, nifi quod folia ejus incifa effent, quæ varietas in regno vegetabili non infrequens eft, atque a fola natalis loci diverfitate provenire poteft, quod in Pimpinella aliisque obfervatum.

Si certo statui posset Peloriam effe speciem hybridam ex Linaria aliaque planta oriundam, nova in regno. vegetabili veritas emergeret, eaque longius heic, quam in animali progreffa, utpote in quo partus hybridi virtute se propagandi carent, e.g. muli, aliaque ejusmodi animantia. Peloria vero propagari exinde videtur, quod perfecta habeat femina, atque in loco natali sponte copiofeque multiplicetur. Id tantum futuris indagandum est experimentis, an ex peloriæ seminibus Linaria unquam enascatur? Quod si, ut probabile ex jam observatis videtur, non accidat, sed constans ea maneat, prodigiofa inde fequitur Thefis : fieri nimirum poffe, ut novæ in regno vegetabili species proveniant; ut genera in fructificatione differentia, una eademque natura & vigaudeant; immo, ut unum idemque genus diverfas habeat fructificationes. Quo ipfo fructificationis fundamentum, quod Botanicæ totius scientiæ idem est, convelleretur, & claffes plantarum naturales infringerentur: ut adeo in Peloria nostra stupendum naturæ fætum omnes, artis noftræ periti, haud immerito admiraturi fint.

c TABULA.

(((())))) ((()))

TABULA.

FIGURÆ in adjecta Tabula sunt.

I Pelorie caulis naturali ferme magnitudine, una cum racemo & floribus. 15-115 N-Fal

Il Flos Peloriæ magnitudine naturali a Tergo vifus. a calyx.

bb Nectaria.

r Tubus corollæ.

d limbus." Ildalogov onger ni zeroinev aup , meRa

18

III Flos idem antice spectatus. and in Fingenetic allowing it houp

a calyx.

bbb Nectaria. IV Flos idem a latere vifus.

a calyx.

a calyx. bb Nectarium transversim diffectum, ut cavitas in confpectum cadat.

Pelocial vero monagari e

three periti, izzud immerito admiraturi imt.

dant ex Linstia a

discourse

r tubus corollæ.

d limbus.

a Balance V Flos Peloriæ longitudinaliter diffectus, ut interna pateant, e cujus fundo floris stamina quinque æqualia cum suo pistillo in conspectum cadunt. milistin and in .

a calyx.

b Nectaria, quorum orificia versus cavitatem hiant quinque foraminibus.


c tubus corollæ.

AUGAT (A TABULA.

d limbus.

VI Flos Linariæ e figuris Tournefortii mutuatus, quem manus porrigit, ut differentia Peloriæ ab Antirrhino magis elucefcat. On altra sector S. D. G. ubroquit article concl





Pereximio D:no RESPONDENTI.

T Empus erat, quum tristis hiems sua condidit ora Horrida, & adstricto candida sacta gelu. Mox leni fertur zephyrus per inane volatu

Et splendent roseis Chloridis arva genis. Nec mora, sollicito signo vestigia vultu

Atque aures mulcens fistula dulce sonat. Occurrit nitidis gemmascens floribus hortus;

Hic tangit celebrem, quem prope lustro locum. Heic video juvenem, variis erroribus actum

Per juga, per montes, qua via nulla fuit. Ingreditur velox, cursu festinat anhelo

Ingenuaque legit gramina pulera manu: Curis assiduis herbosa cacumina quærit

Pervidet atque sagax lumine cuncta suo. Plantas conquirit, quas durus sufficit Hæmus,

Quas nemus Odryfium, quas Pataræus ager; Scrutanti nimium, Phœbeæ lampadis instar,

Musa favens, credo, monstrat amica viam. Incidit in florem, tot jam labentibus annis

Obscurum claris quamlibet arte viris. Herba est, ni fallor, vario distincta colore,

Mira sed illa simul nomina digna tulit.

Ergo age, Mi RUDBERG, spatiosi munera campi Collige quasque ferax porrigit Hortus opes. Sie fructum ex herbis es percepturus Amœnum; Isque Tibi merito gaudia multa feret.

> Amica mente gratulatur P. EDSTEDT. AND. WASTRIN

merr RESPONDENTEN. Ral på tistel fikon wära? Torne drufwor bara fram? Etal naturen oß til lega Giel thei man forundra kan? Slift exempel knapt har like Bland the werter jorden bar; Nu min Wan från Florx rike Med en ort framkommer har. Ja / thes art har Han beskrifwit, Som forwandling undergat/ Men ei hafwer uptäkt blifwit/ Eller nog anteknad ståt, Forran twenne ar tilbaka; Då hon blef uti wart land Kunnig af then lardt ransaka 2Bet, hwad Chloris ger wid hand. Far då fort / min 2Ban / upleta Och wis orter for oß fler: Derfor' och wi stole weta Rätt tilbörligt tacka Er, Wishets Drotten sielfwer loswar Wardig lon for Ert beswär: Blider lycka med sin' håswor Eder wist undfägna lar'!

AND. WASTRIN.

zil den Samme.

Billigt therive you of fair herba Peio.

THURS ON MALENTER STORE

M någon hunnit ibland the lårdoms idfare wittre Alf sin klokhet i bokwet högt, sitt arbet Somt adom allante folt at wishet Alt framgifwa the prof/ som sallan kom= end regionant ild and mit i liufet; wird? Hedras then med ratta ju bor samt alad and a lon ollo fas of allom. all Har afmålas en ort / som blir Linaria Fallad 1 Achtning therwid gifs / forty man nylig' i thenna Wisat Wisat in art/ som knapt sin likhet af ors te'na finner. Billigt therfor hon och fått herba Peloria namnas. Aldenstund 3 thetta med id uti pennone fattat / mang i, - fitt- arbet Samt af losward alfware soft at wishet å dygder Låra, stal Er, min 2Ban, bli wardiger hes der å Parnass Delad, samt af Apollo stelf Er hieße beprydas.

Uchtning Thrends gift fatty man nalfg

(Bolla)

i thema.

20100

PEHR LUNDELL.